NICOLAI MASSAE

EXAMEN


DE VENAE SECTIONE ET SANGVINIS MISSIONE

in febribus ex humorum putredine ortis, ac in aliis præter naturam affectibus.

Cum Priuilegio.



VENETIIS, ad insigne Stellæ Iordani Ziletti.
M D LXVIII.



IORDANVS ZILETVS
LACTANTIO FERRO
BONONIENSI PHILOSOPHO AC
Medico, amico charissimo S.



B omnibus ijs, qui hisce nostris temporibus, rem medicam præclarè faciunt, frequentissimè dictum audiui (lactanti Excellentiss.) Sanguinem sedem esse atque domicilium animæ, à qua si forte fortuna quandoq; separari aliqua ex parte contingat, animal uel ad malum habitum, uel ad interitum potius statim perducitur. Id, superioribus annis dùm in Vrbe Veneta passim ferè febres ex humorum putredine ortæ grassarentur, in quibus qui uenæ sectionem admittebant, omnes prorsus uitam cum morte commutare cogebantur; cùm sæpè secum animo euolueret Excellentissimus, & undequaque uir doctissimus, atque de re medica optimè meritus D. Nicolaus Massa; libellum hunc, quem de Venæ sectione inscribi uoluit, è fontibus cla

rißimorum Hippocratis, Galeni, Auicennæ, cæterorumq́ medicorum tãquàm erutum, atque exhaustum, edidit: ut ægrotantium ſaluti proſpiceret, & hac noſtra tempeſtate medicinam profitentes in euacuatione per ſanguinis mißionem ſui officij admoneret. Quem quidem libellum publicaturus ego, ex officina noſtra, tibi dicandum decreui, tùm propter tanti uiri auctoritatem (quem tu ſummopere es admiratus, cùm ipſum LXXX annum agentem ſemper aliquid noui uel conſcribere, uel dictare uideris, & ipſum in arte iſta domi tanquam Apollinis Oraculum infinitos penè, & diuerſis propemodum morbis oppreſſos ac laborantes, necnon & medicos quàm plures, conſulere, ab ipſoq́ reſponſa, ſimulatq́ opportuna remedia expetere) tùm etiam, quoniam te ſemper ab ineunte ætate liberalium artium, atque medicæ potißimum, ſtudioſum cognoui. Quare eo, quo cætera conſueuiſti, animo libenti perlege: nec te perlegiſſe unquàm pœnitere certò ſcio: cùm perquàm facilè quandò, ubi, quibus in morbis, qua ætate, & quonam pacto ſanguinis euacuationem fieri debere, diſcere poteris. Vale. Venetijs, Ex Officina noſtra M D LXVIII.

INDEX EORVM OMNIVM, QVAE IN HOC TRACTATVLO, *notatu digniora continentur.*

P

R

S

V

INDICIS FINIS.

NICOLAI MASSAE DILIGENS EXAMEN DE VENAE SECTIONE, ET

ſanguinis miſsione in febribus ex humorum putredine ortis, ac in aliis præter naturam affectibus,

Ad Excellentiſsimum Vtriuſq; Iuris conſultum, D. Nicolaum Craſſum, Nepotem cariſsimum.



VM ſæpiſsime inter noſtros familiares ſermones Domi Nepos Amantiſſime, ac etiam plurimos eruditiſſimos Medicos, & initiatos Iuuenes, dum ad uiſendos ægrotantes in cymba eſſemus, commentaremurq́ꝫ inter nos (uti ſtudioſorum moris eſt) Vnde nam eſt quòd noſtris his temporibus ferè omnes, febre putrida correpti, miſſo ſanguine per uenæ ſectionem, pereant; &, ſi quis eorum ſaluetur, febris tunc protrahitur, atque niſi maximo cum labore, & temporis longitudine ad perfectam ualetudinem deuenire poteſt. Cauſa uerò tuæ honeſtiſsimæ petitionis ea ſcilicet fuit, ꝙ ab acuta & maligna illa febre euaſiſti, in qua cæteri omnes alioquin doctiſs. Me-

dici uenam ſecare, ac ſanguinem mittere uolebant, niſi ego ualidiſsimis ac plurimis rationibus eorum opinioni aduerſatus fuiſſem: quas tibi poſtulanti non ſemel, ſed pluries quoq; patefeci, ita ut non ſine admiratione eorum ſententiam erroneam fuiſſe iudicaſti: Quibus nempè argumentis & inquiſitionibus, licet pro illius temporis opportunitate & commoditate coràm copioſiſsimo cœtu artis medicæ profeſſorum oretenus reſpondiſſem, uiſum mihi tamen eſt, ea omnia ad te, cui plurimum debeo, impreſentiarum ſcribere. Sed ut rei ſeriem & concluſionem ſine aliqua ambiguitate intelligere ualeas, titulum propoſitæ dubitationis cum ſuis annexis partibus in medium afferre, operæprecium fore exiſtimaui.

Dubium itaque eſt, an in omnibus febribus ex humorum putrefactione ortis, non in continuis tantùm, ſed etiam in alijs, & in magnis quoque præſentibus morbis, uel futuris magnis, expediat ſecare uenam, & ſanguinem mittere, tamquam illis ſaluberrimum auxilium, ut ſcripſit Galenus XI. meth. med. qui ſic ait: Non ſolùm in aſsiduis & concluſis febribus, quales ſunt ſynochi, & eius generis continuæ febres, ſed in omnibus alijs, quæ ex humorum putredine ortum ducunt, ſaluberrimum eſſe uenam incidere: hanc uerò ſententiam confirmant quidam ex ſcriptis Gal. XIII. meth. circa finem, quo in loco dum de phrenitide & lethargo uerba faceret, dixit: Cum in capite frigidus humor redundat, accidit (ueluti demonſtratum eſt) ex frigore ſegnities, dementia, & reliqua, ex

quibus

quibus inquit ſtatim ab initio uena ſecanda eſt, ſi modo tam ualens uirtus ſit,ut ſine noxa miſsionem ſanguinis toleret, & nihil prohibeat eorum quæ de ſecanda uena retulimus: ſicuti uel crudi humoris copia, uel puerilis ætas, uel anni tempus, uel regio in qua ſit extrema caliditas, aut extrema frigiditas; atq; hoc quidem commune eſt utrique uitio,& ei quod cũ ſopore, & ei quod cum uigilijs accidit; confirmant ſuam acceptam à Gal. poſitionem auctoritate Auic. quarta fen. primi, capite de Phlebotomia dicentis, Phlebotomiam eſſe euacuationem uniuerſalem, quæ multitudinem humorum euacuat. multitudo autem eſt augumentum humorum ſuper æqualitatem ipſorum in uenis;& nemo quidem eſt phlebotomandus niſi unus duorum:unus eorũ eſt ægritudinibus præparatus,quicunq; ipſius ſanguis multiplicatus fuerit,cadet in eas;& alter eſt cadens in eas. Vnuſquiſq; autem eorum aut phlebotomatur propter ſanguinis multitudinem additam, aut propter ipſius malitiam,aut propter utrunque;& reliqua quæ ſequuntur. His igitur annotatis partes propoſitæ ſpeculationis ſubſcribam, ut eas omnes examinare (ſi opportuerit) facilius poſsint. Sed cum de febribus putridis, & alijs in titulo quæſtionis mentio facta ſit, ideo quid febris exiſtat primum ex communi omnium Illuſtrium Medicorum ſententia in medium afferam. Eſt itaque febris calor præter naturam accenſus in corde, qui per uenas & arterias ad uniuerſum corpus diffunditur,niſi impediatur, non tamen ideo impeditur,quin uel in plurimis, uel in aliquibus parti

bus accenſus ſit; & ſunt febres ſecundum eorũ genera tres, quemadmodum tria ſunt quæ noſtrum corpus cõſtituunt, uidelicet partes ſolidæ, humores, uapores & ſpiritus. At cum difficultas prior ſit de febribus ortis à putredine humorum, operæprecium recenſere fuerit, quòd ex febribus quædam eſt putrida & humoralis, & eſt illa in qua calor immodicus in humoribus accẽditur, & uocatur putrida quoniam humores in ea putreſcunt: uerum ſi humores ſine putredine calefiant, quod fit aut ex multitudine ſanguinis in uenis, cum obſtructione meatuũ, aut ex uſtione bilis, quam febrem æſtiuam nominant, & has quidem ambas continuas, uel continentes & aſsiduas uocant. Qui uero extra uenas humores putreſcunt, febres (uti uocant) intermittentes cauſant; & iſtæ ſunt ſpecie diuerſæ. Deinde cum etiam de uenæ ſectione, & ſanguinis miſsione in omnibus febribus putridis dictum ſit; ac, Galeni ſententia, non omni ex parte à medicis rectè interpretatur, ideo, ut claram eius opinionem oſtendere ualeam, quid miſsio ſanguinis ſit, ex Gal. auctoritate, & aliorum præclariſsimorum medicorum, hic ſubſcribam. Porrò Gal. primo, & IX. meth. ſic declarat uenæ ſectionẽ. inquit enim: Venæ ſectio fit ut ſanguinis euacuatio fiat. ſed quoniam ſanguis naturæ utilis eſt, ideo in uenæ ſectione non ſine optimo conſilio procedere oportet, ita ut ſanguis inutilis & nocuus naturæ, tantum euacuetur. Dixit etiam Hippocr. VI. part. aphoriſmorum XXII. aphoriſ. uenæ ſectionem eſſe communem euacuationem, ſcilicet quando humores omnes in ue-

nis

is æqualiter indigent euacuatione, aut ſua quantitate, aut
ualitate peccantes; unde obſecro uideant quomodo au-
toritates Galen. Hippocrat. & Auicennæ, ſint intelligen-
læ. Quare non in omni febre uenæ ſectio ſemper ſalu-
ris eſt, immò ſæpiſsime pernicioſa, ſi id euacuetur, quod
ion debet euacuari. præterea Gal. 4. de tuenda ual. ait
anguinis misſionem eſſe euacuationem eorum humorum
ui in uenis exiſtunt. Præterea cum de febribus putridis
liſceptatio ſit, uidendum etiam erit quid humor, & quid
utredo ſit; & quicquid dixerit Ariſt. de humoribus: in
oc quidem medicorum ſententia præſertim Hypp. ac re-
quorum celeberrimorum medicorum, uerior eſt, & illa
ffirmanda ſenſu & ratione. Sunt igitur in noſtro corpore
uatuor humores, ex quibus omnia membra noſtri corpo
is generantur, nutriuntur, & augentur, ſanguis nimirum,
ituita, bilis flaua, & atra bilis, ut habetur à Gal. 2. de ele-
nentis, & pasſim in alijs ſuis libris; porrò Sanguis calidus
& humidus plenus ſpiritibus dicitur, & eſt dulcis. Pitui-
a uerò frigida & humida dicitur; nullam exuberantem
nanifeſtam qualitatem oſtendens. At bilis flaua calida
& ſicca dicitur, amaritudineque prædita eſt. Atra bilis ue
ò, frigida & ſicca exiſtit, terrea, cum ſapore acido ac acer
o; & hi humores calidi uel frigidi, humidi uel ſicci,
ales poteſtate dicuntur. Præterea ex quatuor dictis hu-
noribus, quidam ex eis naturales ſunt, & quidam non na-
urales; naturales autem exiſtentes generantur in iocinore
nembrorum omnium nutriendorum gratia. Non na-

turales

turales uerò etiam in aliis membris generantur, & sunt duorum generum. alterum, cuius bona eius temperies mutata est sine admixtione alterius humoris; alter uerò, quoniam humor alius non naturalis qui uel in iocinore, uel in alio membro genitus est malus ei permiscetur. Hic tamen animaduertendum est, quòd & si dictum fuerit humores calidos, uel frigidos, humidos, uel siccos esse, non tamen id ita absolutè est pronuntiatum, sed in respectu; quoniam hominis naturæ, & partibus corporis proportione respondent gratia uitæ. Notandum etiam, quòd & si dicant Medici, humores numero esse quatuor, non ob id tamen in sanis corporibus separati cernuntur, sed sunt permixti, si quidem sanguis purus nullibi in corpore reperitur, præterquam in corde. in reliquis autem partibus in uenis permixtus est cum tribus alijs humoribus, & spiritibus ita ut, sic permixtus membra diuersa nutriat, pro ut ex diuersa substantia sunt conflata, ut clare uidere est apud Hip. in de natura humana. Obseruandum insuper est quod sanguis & spiritus calorem à corde incipiunt, & hac ratione calidus est. Præterea tres enumerati superius humores, nullam subsidentiam faciunt, at in solo sanguine fecale sedimentum apparet. Cuius sanguinis officina iecur ipsum est, nam attracto succo à uenis meseraicis, per calorē temperatum ipsius hepatis in sanguinem conuertitur, qui dum in iocinore existit, magis subtilis est, quàm requirant cætera alia membra pro eorum nutritione, & id propter aquosam superfluitatem, quæ necessaria & utilis est ad cor

poris

oris partes nutriendas,ac etiam ad alias perficiendas ope-
ationes. Postremo quid putredo sit,iam iã declarabo. Est
gitur putredo siue putrefactio ex Arist.& Gal.sententia sic
escripta 4. lib. meteor. Corruptio quædam proprie in
no quoque humido ab aliqua caliditate,& reliqua.Galeni
ero xI.meth. est inquit mutatio totius naturæ putrescen-
s corporis substantiæ ad corruptionẽ à calore extraneo.
am à proprio & naturali calore nihil corrumpitur, sed cõ
eruatur.siquidem huiusmodi calor extraneus siue aduen-
tius, humiditates à proprio & optimo suo tempera-
nento mutat, antequam eas ad meliorem complexionem
el substantiam natiuus calor mutauerit, ut puta ad cam-
ium, quod est una ex secundis humiditatibus, uel ad
arnis complexionem. His itaque sic prænotatis, tem-
us iam est, ut sententiam Galeni (quam ueram procul
mni dubio esse affirmo,malè tamen & perperam à quibus-
am intellectam, & executioni mandatam) secundum
mnem ueritatem declarem. Verba igitur Galeni hæc
unt: Saluberimum autem est in febribus uenam incidere,
on continuis modo, uerum etiam in omnibus quas pu-
rescens humor concitat; Quòd uero dicta Gal.perperam
b illis intelligantur; audiamus ipsummet Gal.qui in libro
e sanguinis miss. per uenam sectam contra Erasistratum,
osteaquam illius negligentiam in mittendo sanguine ac-
usauerit,sic inquit: Nam & coloris mutationem nunc qui
em in ipso fluente sanguine, nunc quidem in ipso ægro-
antis corpore inspicere licet, animi quoque defectio plu-
rimis

rimis affectibus uacuationis terminum designat, quemadmodum sanguinis fluentis uigor languescens, & pulsus mutati. Item Gal. contra Erasistrateos, cum esset Romæ, ita de eorum imprudentia in sanguine mittendo scripsit. Cæterum si adolescentes qui neq; de sanguinis detrahendi mensura, nec de uenarum secandarum ratione quidquam audierint, ad præsidium hoc sese accingunt, ægros in exitium perducent; Plures namque ob perperam sectam uenam perierunt, quam quibus adhibitum hoc auxilium non fuerit; Quippe seniores Medici tunc temporis uenas secantes, utebantur alijs euacuatorijs auxilijs, quæ idem, quod uenæ sectio, uerum longiori tempore efficere poterant, nisi quod quandoque ob præcipuam partem affectam, aut ob plenitudinis exuperantiam æger morte præoccupabatur. Verum qui febres cunctas in principio uenæ sectione indigere autumant, non mediocri etiam noxa ægrotos afficiunt. Itaque minus aberrare eos consentaneum est (ut ait Plato) qui non aggrediuntur illa quæ ignorant, quam qui ea tractant quæ didicerunt nunquam; & paulo infra circa finem inquit ipse Galen. nec uero existimandum est plethoricos omnes sanguinis detractione esse euacuandos; prius siquidem distinguenda natura plenitudinis est, habitudoq;, & ætas ægri expendenda, tempus item anni, regio, & aeris constitutio consulenda, necnon quæcunque antecesserunt, quæque ipsum ægrum etiam nunc infestant symptomata. Scripsit præterea idē Galenus in lib. de curandi ratione permisionē

sangui

ſanguinis,hũc in modum,Qui de ſanguinis miſſione ſpecu
lantur, primùm quidem inueſtigare debent quæ nam cor-
poris affectiones euacuatione indigeant;ſecundò quæ ſan-
guinis detractione : tertiò qui innoxiè hanc ferre poſsint
euacuationem: quartò quonam potiſsimum tempore ipſa
molienda ſit. quintò quam ex uenis ſecare oporteat, cum
nimirum non parum interſit hanc, an illam ſeces uenam.
Porrò hac contemplatione abſoluta, ſuccedit quoque de
Scopis oratio, quibus uidelicet, ſi quis animum attenderit,
uacuationis modum per coniecturam facilè inueniet, nec-
non in quibus ſemel fieri præſtet ; & in quibus reiteranda
ſit; deinde in quibus uſque ad animi deliquium ſanguinem
auferre liceat ; & in quibus id, ceu ſummum malum, eui-
tare. Quum autem per omnem uitam omnia, quæ in quæ
ſtione ueniunt, duo inuentionis organa obtineant, nempè
rationem, et experientiam, neceſſe fore arbitror, & in præ
ſentia quoque aut ratione ſola, aut ſola experientia, aut
etiam iunctis ambabus,quæ propoſita ſunt, ſcrutari. Hæc
Galenus. Videant igitur qui pertinaciter uenam incidunt
in quacunque febre ex humorum putredine, innixi ſola au-
thoritate, ſine ratione & experientia in quanto uerſantur
errore. nam Galeni authoritas, & uerba, ſunt uera cum
iam dictis conditionibus,ut ſcilicet ſint ratione & experien
tia comprobata. Sequar itaque reliqua, quæ inquiſitione
diligenti, ac ſolerti examine duxi eſſe digna, ut ſine ægri
diſcrimine uel pernicie per uenam ſectã ſanguinem euacua
re medicus poſsit.Scripſit etiam Galenus in libro de curãdi

ratione per ſanguinis miſsionem, in hunc modum: Si quis plenitudine grauatur, aut tenditur, nec puer ſit, nec ſenex, an illi ſecari uenam oporteat expendas, præ oculis habens hoſce principales ſcopos plenitudinis, nempe tùm quantitatem, tùm qualitatem, atque uirium robur, & earundem inbecillitatem naturalem, & etiam totius corporis habitum, tempus, regionem, anteactam uitam, tùm an cibi & potus copia, & præcipue affatim nutrientium, qui ſic affectus eſt fuerit uſus; prætereo conſuetudinem, & res præter conſuetudinem actas, quoſcꝫ motus exercuerit, quas exercitationes habuerit, aut præter ſolitum compeſcuerit, animo ſuo perpendat: Præter omnino autem hæc num gracilior, aut craſsior euaſerit; Porrò utriuſque plenitudinis quantitas, ex propriorum ſignorum magnitudine diffinietur: Quantò enim homo ſibi grauior uidebitur, tantò & plenitudinem quoad uires creuiſſe conſtat; Ad eundem modum, quantum fuerit auctus tenſionis ſenſus, tantum alteram plenitudinem, quæ ſecundum uaſa uocatur, cognoſces. At utriuſque plenitudinis qualitatem partim ex coloribus iudicabis, memor calorem humorum eſſe, ſi quidem ab externo Calore uel frigore totum corpus haud immodicè affectum fuerit, partim uerò ex his, quæ humoris naturæ coniuncta ſunt, & reliqua. Ac paulò poſt inquit, Diſpenſantium nos facultatum infirmitas, atque robur proprijs indicantur functionibus uoluntarijs, illis quidem, quæ in neruis, cerebroqꝫ conſiſtunt; pulſificis autem eius, quæ in corde, ac per arterias mouentur, & reliqua.

qua. Mox inquit, Vbi ergò extantibus plenitudinis ſignis ualentes facultates extiterint, incide uenam, uidelicet ſi tenſiua fuerit affectio, nihil diſtinguens, magisq́; etiam in phlegmonode: Si uerò degrauans ſit plenitudo, quæ infe-ſtat, haud ſemper ſanguinis molienda detractio eſt; nam fieri poteſt, ut crudus per ipſum corpus collectus ſit hu-mor, à quo talis affectio gignatur, ut ferè omnibus degen-tibus in hac Venetiarum Vrbe, & locis propinquis contin git, ex mala uidelicet uictus, tum cibi, tum potus ratione. Nam penè omnes, non ſolum æſtatis tempore, uerum etiam hyemali, ac alijs anni temporibus lactucas, & alias herbas frigidas,& illas quidem crudas ad ſatietatem come dunt: deinde plurimis fructibus frigidis, humidisq́; ueſ-cuntur, cuiuſmodi ſunt cucumeres, cucurbitæ cum gra-nis uuæ acerbæ conditæ, mellones, anguriæ quoque ità uocatæ,poma,& pyra,aliaq́; huius generis.præterea ipſis fa miliares ſunt piſcium omnes ſpecies,ut Anguillæ, Cephali, Paſſaræ,Gobij, Varioli, Lupi,Barbones; & ex fluuialibus Tinchæ, Rainæ, Lucij; & reliqua huius claſsis. Sunt deni-que quàmplurimi, qui comedunt legumina, & carnes porcinas; bibuntq́; frequenter uina acida, paucifera,aquo ſa, ac refrigerata ex ipſa aqua, quæ omnia non ſolùm in uentriculo ſuperfluitates aggregant, ſed etiam in ambitu totius corporis, unde referti ſunt maxima copia ſucci fri-gidioris, ac humidioris, qui minimè eſt uacuandus per ſanguinis miſsionem. Abſtineāt igitur à dictis frigidis ciba rijs, utanturq́; fricationibus, unctionibus, & potionibus

educentibus humores crudos, & reliqua. Sequitur Galenus ponendo alias annotationes, ubi de ratione mittendi sanguinem scripsit. Cæterum principes scopi mittendi sanguinis sunt duo, nempe magnitudo morbi præsentis imminentis'ue, ut cum ea uirium robur, quibus si adiicias etiam ætatem florentem, nihil quidem sermoni defuerit; modò sub ætate florēte præcedens, sequensq; illā intelligatur; excipiāturq; distinctione tantum Senilis, atque Puerilis ætas. quamuis ætas Senilis in uirium robore comprehendi potest, cùm eorū non nullis sibi adsit uirtutis robur. Si itaq; magnū fore morbū timeamus, aut iam præsens est, aut incipit, uenam secabimus, uirium habita ratione, tantumque ex oratione exceptis pueris. Nec uerò, ubi tanta humorum crudorum copia accumulata est, ut secādam uenam prohibeat; Sermo hic redarguitur, cùm ipsis uirium robur non adsit; estq; hoc indicium eos non posse hanc sanguinis missionem perferre, quòd propter calorem totius corporis degenerantem in ipsis, ab eo, qui solet sanguinis quantitatem ostendere; etiam ipsorum pulsus inæqualis in uehementia, ac magnitudine existit. Itaque ex morbo, ætate, & uiribus, an minuendus sanguis sit cognoscitur. At euacuationis quantitas desumi potest ex plethorica uocata syndrome; aeris nos ambientis temperie, quæ in tempus, & regionem diuiditur; antè acta uictus ratione, excretionibusq; factis, aut impeditis; ac post multa examinata, in sermonis processu hanc conclusionem ponit, Igitur, si magnitudo morbi missionem sanguinis postulet, adsitq;

uirium robur, nulla poteſt eſſe tanta crudorum humorum copia, quæ inhibere id auxilium poſſit. Notabis tamen ꝙ hic in maxima plenitudine, & in maximo uitæ diſcrimine Galenus intelligi debet, qui paulò poſt ſic ſcripſit, Qua ratione nec Pueris ſanguinem mittere licet antè quartum decimum annum; poſt quem ſi multus congeſtus ſanguis appareat, tempusque anni ſit uernum, & Regio temperata, Puerque natura ſanguinea, aut alicuius acuti morbi periculum impendat, ſanguinem minues, & reliqua; Addit etiam, quod nec ſub cane, & ſimiliter ſecũdum regiones, cõſtitutioneſq; calidiores, & ſicciores, cùm nimirũ hæc omnia ad reſolutionem ſint apta, uenæ ſectio minimè conuenire poteſt. Vide igitur quanto uerſentur errore, qui ſine ullo diſcrimine in omnibus febribus uenam ſecare audent. Adde etiam, quòd cum ſuſpicio fuerit de præſenti putredine uel futura, maligna, peſtilentialiq;, ac uenenoſa febre (ut contingit noſtris temporibus) nullo pacto miſsio ſanguinis per uenam ſectam ſine uitæ diſcrimine conuenit: nam ferè omnes, quibus in tali febre uena inciſa fuit cum ipſius ſanguinis eductione, paulò poſt apertam uenam mortui ſunt: ſuaſere tamen illi, quibus appoſitæ fuerunt cucurbitulæ, ac per eas ſcarificatas ſanguis eductus fuerit; Neq; certè uena tundenda eſt, niſi cum maximo, ac euidenti uitæ periculo, illis, qui copioſa, ac inordinata uſi fuerint Venere, antequam in febrem prolaberentur, quando uirtus imbecillis reddita eſt ex ſpirituum euacuatione, unà cum ipſo ſemine, quare in hoc caſu penitus à uenæ ſectione abſtinendũ

eſt. Quæ

est. Quæ uerò scripta sunt à Galeno XIII. Meth. de sanguinis missione in lethargo, & phrenitide, optimè dicta fuere; sed non ab omnibus (ni fallor) intellecta, quoniam Galenus non docet ibi sanare lethargum, aut phrenitidem, sed admonet Erasistrateos, & Thessalū, qui in huiusmodi morbis particularibus, nulla præmissa excrementorum corporis euacuatione per pharmacum, aut per sanguinis missionem, uena secta, particulæ dolenti, & laboranti remedia admouebāt, ut puta oxirhodinum phreniticis circa caput; sic etiam in lethargo, ac alijs capitis partibus, præter naturam affectis; hoc autem erat grauissimum peccatum, quoniā cum sint morbi materiales, ex humorum multitudine uel malitia facti, euacuatio eorum prius est necessaria, sicque tàm in lethargo, quàm in phrenitide, non docet curare apostema factum, sed admonet ut, diuertendo, aut alio deriuando ne fiat, uel cōfirmetur, quod potest ex uerbis suis posteà deductis facilè cognosci. Inquit enim quòd in talibus missio sanguinis, si opportuna fuerit, statim à principio molienda erit; nam cum in XIII. de tumoribus præter naturam ex professo tractare constituisset, primū posuit indicationes, quæ ad eorum curationem necessariæ sunt; subinde scribit differentias indicationum sumptarum tùm ex parte plenitudinis membri, tum etiam ex parte curationis in fieri, & in iam facto apostemate, quæ est euacuatio superabundantis sanguinis in ipso phlegmone fiente; in quo duplex est intētio; prior erit procuratio ne fiat, ità ut talis dicenda sit potius præseruatio, quàm curatio: posterior uerò peccantiū purgatio. At

tio. At communis in omnibus intentio eſt, in corporibus cacochymis & plethoricis humorum uitioſorum multitu dinem euacuare. plethoria quidem per uenæ ſectionem ſan guiniſque eductionem tollenda eſt; Cacochymia per pur gationem ſuperabundantium malorum humorum. nam in talibus ſumma ratio eſt poſita in eductione nocentis humo ris, diuerſione, ac deriuatione. Quare quàm plurimas regu las ſtatuit eſſe prius exequendas circa euacuationē, quàm localia remedia affectis membris admoueantur. idque con tra Theſſalum, quem denique docet; quam quidem metho dum etiam contra Empiricos ſcripſit quarto Meth. circa fi nem, auctoritate Hippocratis, qui in ulceribus primum cor pus ab excrementis eſſe expurgandum, deinde talia diuer tenda, ac deriuanda, ac pauló poſt ſanguinem mittere iubet, ratione ſumpta ab ipſo ſene, qui primus hanc indicationem inuenerit. ex quibus uidere eſt mentem Galeni XIII. Meth. non fuiſſe in omnibus febribus ex humorum putredine or tis ſanguinis miſsionem fore conuenientem, ſed reprehen dere illos, qui medicamenta particulari morbo ante cor poris malorum humorum euacuationem, aut per uenam ſectam, aut per aſſumptū pharmacum applicabant. Quód ſi dixerit XI. Meth. miſsionem ſanguinis in omnibus febri bus eſſe ſaluberrimum remedium, eam quidem concluſio nem uoluit ueram eſſe, adhibitis tamen conditionibus, & ob ſeruationibus ſuperius adductis in ſuis tribus libris de ratio ne uacuandi ſanguinis per ſectam uenam contra Eraſiſtra teorum negligentiam, & (ut iam dictum eſt) inſcitiam, quod

etiam

etiam ex alijs ab ipſo Galeno XI. Meth. commemoratis au-ctoritatibus confirmari poteſt. Sunt & aliæ quamplurimæ auctoritates præter enumeratas, quæ illis perperam Galeni rationes extorquentibus, contradicunt. ut primo ad Glauconem ſcriptum eſt, in eo de curatione febrium continuarum, quòd ſcilicet in temporibus nimium calidis, ac nimium frigidis uenam aperire maximum ſit malum; & ratio eſt, quoniã ambientis aeris temperatura loco accidentis cuiuſdam habenda ſemper ſit, quando exquiſitè calida, & ſicca fuerit, qualis inter canis ortum, & Arcturi. unde Galenus dicebat, quòd omnes, quibus medici de temporum ſtatu nihil cogitantes ſanguinem eduxerunt, interiere. ſimiliter quoque in ualde frigida ſanguinem mittere formidamus. Et paulò poſt inquit, neque in locis ſupra modum calidis, aut frigidis ſanguinem euacuare audemus. deinde in libro de ſectis talia profert uerba, In Acuta febre, quæ ſanguinis miſſione eget, cauendum eſſe à uenæ ſectione, ſi uirtus ægri imbecillis fuerit, & ætas pueritiæ, aut ſenectutis, ac anni tempus ualde frigidum fuerit. Similiter quarto de tuẽda ualetudine dixit, Cum humores plurimũ diſtant à ſanguine, & purgare neceſſe ſit, nequaquam per miſſionem ſanguinis eos educere oportet; Admonetq́ ut in ſanguinis miſſione ſeruetur quantitas mittẽdi ſanguinis, ita ut ſi paucus fuerit ac bonus; uel alius humor bonus, et alius humor malus, aut plurimus à uacuatione ſanguinis per uenam ſectam, abſtinendum ſit: Magis quoque talis euacuatio eſt fugienda in febribus peſtilentialibus, in quibus exanthema-

:hemata, ſeu papulæ diuerſorum colorum ſolent appare‑
e, quoniam ij omnes (ut ſuperius innuimus) ſanguine miſſo
ereunt, tàm iuuenes, quàm ſenes, tàm mares, quàm fœ‑
minæ, tàm diuites, quàm pauperes, mala quadam quali‑
ate putrefacti humoris cordi communicata, et non ſolum
nala qualitate, ſed, quod peius eſt, humore malo putrido
d cordis ſubſtantiam decurſo, adeò ut plurimi, qui à fe‑
re intermittente corripiuntur, ſæpè ex intermittente aſ‑
idua efficitur, unde poſtea iam dictæ maculæ uulgò pete‑
:hiæ, prima uel altera die erumpuntur, à quibus infiniti de
nedio tolluntur niſi rectè, tùm à medicis, tum ab aſsiſten
ibus tractentur. Illique præcipuè morti ſuccumbunt, qui
us uenam poſt diem tertiam medici aperiri iubent. So‑
ent quinetiam in huiuſmodi febribus malignis, peſtilentia
ibusq; in principio, uel poſt, accidere, & apparere an‑
ginæ, & pleuritides peſtilentiales, ac alij tumores maligni,
àm interiores quàm exteriores, cum quibus plurimi com
moriuntur, præſertim quibus per ſectam uenam miſſus fue
rit ſanguis. Ex altera parte infiniti, & ferè omnes (ut iam
dictum eſt) euadunt, quibus cucurbitulæ in angina ſuper
patulas, dorſum, & nates ſcarificatæ appoſitæ fuere, ac
anguinis mali copia ad uirtutis tolerantiam educta fuerit.
In Pleuritide uerò Cucurbitulæ ſuper lumbos, nates, & in
ter coxas cum ipſa ſcarificatione, atque etiam ſub ipſo po‑
plite eadem ſeruata quantitate ſanguinis mittendi. Qua‑
rè aperiant oculos Medici, ſintq; cauti, atque prudentes,
antequam iubeant ſanguinem per uenam ſectam mitti.

Hic tamen moneo, si quæ fuerint de hac pestifera febre sæpius repetita, id de industria factum esse, & ideò æqui, boniq; consulant legentes. nàm nostra semper fuit intentio artis medicæ initiatos instruere, prouectis autem, ac senioribus nihil incommodi afferre, præsertim in tanto ægrotantium discrimine, ratione mittendi sanguinis per uenam sectam. Possem equidem plurimas alias Galeni, Hippocratis, ac Illustrium Medicorum leges, & auctoritates conditionesue obseruandas circa mittendum sanguinem in putridis febribus, & alijs præter naturam dispositionibus subscribere, sed adductas satis fore iudicaui. Sanguis igitur, quando opus fuerit, per sectam uenam educitur, ut malus ac plurimus euacuetur, sine tamen periculo uitæ; quod non aduenit in pestilentialibus febribus, ac alijs huius naturæ morbis, in quibus nullo modo, nullaq; ratione missio sanguinis ex usu esse potest. immo semper, ubi non conuenit perniciosa est. nàm cum sanguis utilis, sit naturæ thesaurus, qui plenus spiritibus existit, unde omnes nostræ actiones, ac uita ipsa, dependent; & ideò in illius euacuatione per uenam sectã, non sine exquisita consideratione procedendum est, ita ut superabundans, & solus ille, qui inutilis est, euacuetur ad uirtutis tolerantiam, & ne malus quoque sanguis, ratione inanitionis, & motus cum optimo permisceatur; si quidem sanguis est sedes (uti diximus) spirituum, & humores alij ac spiritus ipsi, sine sanguine, neque sanguis sine spiritibus esse possunt. quare cum quis sanguinem utilem euacuauerit, maximè nocebit illi, spiritum

um unà cum ſanguinę euacuando. Pariter maximum de
rimentum attulerit, ſi laborantibus febre bilioſa ſanguis
per ſectionem uenæ mittatur, quoniã ſanguis eſt frenũ bi
is ratione ſuæ humiditatis acrimoniam illius obtũdentis;
& ideò ſanguinis uacuatio erit in cauſa, ut bilis acrior fa-
cta maiorem excitet febrem, intenſioremq́, ac ſeuiora
ſequantur ſymptomata. Mala eſt quoque ſanguinis miſſio
n quibus pituita & humores crudi ſuperabundauerint,
quoniam miſſio ſanguinis calorem membrorum natura-
ium, ac aliorum principum membrorum imbecillum, &
obtuſum reddit. Nocet etiam Sanguinis euacuatio illis,
qui referti ſunt plurimo humore melancholico, ſiue atra-
bilioſo: quoniam, ſicut dictum fuit de bilioſi humoris re-
dundantia, quod eius ſcilicet acredo à ſanguinis humidi-
tate obtundatur: ità quoque eiuſdem ſanguinis naturalis
humiditas humoris atrabiliari ſiccitatem humectat, ac
temperat. Obeſt denique Sanguinis miſſio hac ratione,
quoniam, ut alias diximus, nullibi ſanguis purus, præter-
quam in Corde, reperiri poteſt, ac in uenis ſemper cum
ſpiritibus permixtus eſt. unde apparet quòd uacuatio ſan-
guinis per uenam ſectam, non ſit in omnibus febribus ſalu-
berrimum auxilium, immò aliquando perниcioſum, &
ideò tàm Galeni quàm Auicennæ dicta non ſimpliciter, &
ut ibi iacent, ſunt accipienda, ſed illuſtranda expoſitioni-
bus appropriatis Clariſſ. uirorum, ut ſuperius abundè innui
mus. Non licet tandem ſine timore tres alios humores à
ſanguine diuerſos plurimum, & ſæpè, euacuare, quoniam

unà cum ipsis humoribus sanguinis quoque subtiliores partes, & subtiliores spiritus permixti sunt, quare in eorum euacuatione sanguinis etiam boni partes aliquæ euacuabuntur, in quibus plurima, & maior quantitas spirituum quàm in alijs humoribus, permixta est; unde ex eius euacuatione uirium omnium aliqua sequetur, & sæpe nonnunquam insignis imbecillitas. Præterea si uera cura consistit (ut omnes Illustres Medici clamant) in remotione causæ causæ uerò potissimæ febrium putridarum sit obstructio & humorum putredo, siue putrefactio, dicant isti mihi quaeso, quale auxilium præstare poterit missio sanguinis in tribus febribus putridis, ortis ab alijs humoribus diuersis a natura sanguinis, quinimmò maius sequetur incommodum, cum ex Galeni sententia xi. Meth. neque obstructiones, neque putredo, per missionem sanguinis secta uena tollantur. Quòd si dicant, materiam à misso sanguine minoratam uirtus melius regulare poterit, inualida quidem est responsio; quoniã hic quæro an missio sanguinis possit causas febrium putridarum tollere, quæ sunt obstructiones & putrefactio, aut iam facta putredo. Quare his stantibus, tutius est in tribus alijs humoribus putrescentibus per rationem à sanguine distinctis materiam peccantem minorare cum medicina per os sumpta leniente & educente communes superfluitates à uijs communibus, ac uenis interiorum, ac putredinis caussã tollere, quæ est meatuum obstructio, cum fricationibus leuibus, cum paruis cucurbitulis scarificatis, & similibus, ut puta cum exhibitione

syru-

ſyruporum, & aliarum medicinarum aperientium, ac ſudorem & urinam prouocantium in ſuis propriis morborum temporibus. Neque ingrata erit ex Galeni authoritate repetitio aliquarum ſententiarum in libro de curandi ratione per ſanguinis miſsionem, quæ nam ſint, quæ in febribus mittere ſanguinem prohibeant, præſertim ſi illis addidero, quæ noſtris his temporibus Medici in plurimis febribus putridis in hac Venetiarum populo refertiſsima Ciuitate infinities uiderunt. Prima quarum eſt, quod à miſsione ſanguinis per ſectam uenam ſunt infantes, & adoleſcentes arcendi, qui nondum tertium decimum annum attigerunt, & quoque Senes, ac etiam exangues, & licet plenitudo grauans fuerit, non ſemper in talibus ſanguinem euacuare expedit; fieri enim poteſt, ut crudus ſit collectus in corpore ſuccus, in quo animaduertendum eſt, quantum uirtus ſit robuſta, & quatenus humor ipſe ſit refrigeratus, uel ſit copioſus, nam exoluta ab id generis affectibus uirtute, in extremum malum æger incidere ſolet, ut inde poſteà reſtitui nequaquam poſsit. quod ſi acciderit, non leue tunc ſequetur periculum, potiſsimum ſi febris tempore æſtiuo graſſabitur. Sunt quoque in eodem libro infinita alia memoratu digna, quæ ante uenæ apertionem à Medico ſunt conſideranda, ut eſt uirium robur, uel earundem infirmitas, & naturalis totius corporis habitus, tempus, regio, antè acta uita; & quoque an cibi, potuſq; copia uſus fuerit, & quouſque ſe exercuerit, aut præter ſolitum compeſcuerit. Porrò utriuſque plenitudinis ratio,
cogno-

cognoſcitur ex proprijs notis;nam ſi degrauans fuerit ple
nitudo,quæ infeſtet,nō ſemper ſanguinis mittendi habēda
eſt ratio, ſed fricationibus & reliquis auxilijs per os aſſum-
ptis ea erit remouenda. An uerò minuendus ſit ſanguis,
id cognoſcetur ex morbo, & uiribus. Quare notare opor
tet, quòd non ſemper in quocunque morbo magno, uel
futuro magno (uti dictū fuit) uenam ſecare,& ſanguinem
mittere conuenit: etenim ſunt quidam magni morbi, qui
à pituita, uel humore alio frigido naſcuntur ex repletione
diuerſa à ſanguinis natura, tales autem humores crudi
ſunt; ideò eſt Epilepſia, Apoplexia, Lethargus, Aqua in-
tercutē, & alij huiuſmodi affectus qui nullo modo miſſio-
ne ſanguinis pro eorum cura indigent, ut teſtatus eſt Ga-
lenus XII. Meth. & etiam in citato libro de curatione per
ſanguinis miſsionem. Dixit præterea idem Galenus, ſi in
corpore plurimus humor crudus fuerit, timenda eſt ſan-
guinis euacuatio, ac quoque, ſi ſpiritus imbecillis extite-
rit. Notare iterum oportet, quòd Sanguinis miſsio, non
ab omnibus membris æqualiter euacuare poteſt. Adde
poſtremò(uti bis, ter'ue dictum fuit) in peſtilentialibus fe-
bribus malignis poſt tertiam diem ſanguinem educere eſt
mortale abſque ulla hæſitatione, ut in his noſtris Regioni
bus compertum eſt.nam Venetiarum Ciuitas ſita eſt in la
cunis, ac paludibus, à quibus ſemper uapores uel putridi,
uel putredini parati eleuantur, inficientes uniuerſum ae-
rem,qui aer malus inſpiratus facilè humores cordis ad ma
iorem putredinem, ac malignitatem accendit, ita ut ex

benigna

benigna febre, ſiue putredine peſtifera, ac mali moris ef-ficiatur. Id quoque, præter experientiam euidentiſſimam, poteſt etiam & ratione confirmari. Nam mortis repen-tinæ, in laborantibus tali febre, omiſſa aeris inſpirati corru ptione, eſt uenæ iecorariæ apertio, ſiue baſilica dicta, in curuatura domeſtica dextri brachij, quæ uena, & ſi ieco-rariam uocant, non tamen primò à Iocinoris ſubſtantia, & corpore euacuat, ſed à dextera cordis auricula, qua eua cuata, & inanita iecur ſanguinem, uel alium humorem putridum uenenoſum, ei ſubminiſtrat; uel à corde attra-hitur propria eius naturali facultate, uel à calido ipſius, uel ne detur uacuum, uel ab ambobus ſimul mixtis uirtuti bus; qui ſanguis ſubintrans, primùm ſua mala qualitate uenefica humores dexteri cordis uentriculi, uidelicet ſpi ritum & ſanguinē, & poſtea uniuerſam illius ſubſtantiā in ficit, unde ſequitur mors, cum extremorum refrigeratio ne, & ſudore etiam frigido diaphoretico ità uocato.

His itaque ſic conſtitutis, Reliquum modò eſt, ut cæte-ris quamplurimis auctoritatibus explanatis, ad declaratio-nem antiquorum Illuſtrium Medicorum, præſertim Gale ni auctoritatum, orationem meam conuertam. & primum cum dicunt, auctoritatem Galeni XI. Meth. uniuerſalem eſſe, dico quòd perperam ipſam quidem intelligunt, nam authoritas uera eſt, & ſic intelligi debet, ſcilicet quando putreſcentes humores non ſunt puri, ſed permixti cum alijs humoribus, & ſanguis prædominetur: ualet, at non ſemper, etenim in tertiana exquiſita, uel ſpuria, ubi ſanguis non

non ſuperabundat,& ſimiliter in febre quotidiana, ac quartana, misſio ſanguinis non confert, ſed potius nocet, ob rationes toties dictas, & ipſam experientiam: prodeſt autem ſi humor putreſcens ſuperabundans, ſit ſanguis: ſiquidem ubiquè clamat Galenus ubi de uacuatione per ſectam uenā loquitur,& in alijs ſuis libris, nullo modo ſanguinem eſſe mittendum, quando crudi humores uel pituita, uel bilis flaua, aut atrabilis plurimum ſuperabundant. At in iſtis purgatio, aſſumpto per os conuenienti pharmaco, ſalutiferum erit remedium. ratio uerò huius ſuperius expoſita fuit ex Galeni authoritate, & ratione: quoniam copia frigidi humoris nocet plurimum calori naturali, qui eſt naturæ inſtrumentum expellens aduenientis caloris nocumentum; uirtutes quoque omnes imbecilliores reddit; quo in caſu per miſsionem ſanguinis multò magis imbecilliores efficiuntur. Quòd autem dixerit Galenus XIII. Meth. in lethargo, ac phrenitide uenam ſecari oportere, iam ſuperius data eſt reſponſio non in omni tempore morbi, ſed ſtatim à principio, & hoc ad diuertendum curſum humoris, uel ad alium locum conuenientem eum deriuandum, antequàm dolenti loco cataplaſmata, uel alia topica auxilia in alijs morbis loco affecto admoueantur, ut puta Iocinoris inflammationi, capitis doloribus in febribus,& alijs. Aduertendū iterū, quod in quacunq; euacuatione (ut dictū fuit) ſiue illa fuerit per miſsionē ſanguinis ſecta uena, ſiue per medicinā purgantē cæteros humores per os ſumptam, obſeruandæ ſunt Hippocratis, ac Galeni leges dictæ

ſecun-

ſecundum naturam morbi,& eius temporis, uirtutes ægro
tantis, ætatem, tempus anni, regionem, & corpora, &
habitus, & reliqua: Deindè cognoſcere oportet ex Galeni
ſententia, ſigna futuri morbi, puta apoſtematis, lethargi.
uerbi gratia ſigna ſunt ſegnities, dementia, ſtupor, & ſi-
milia; ſicq; principium lethargi facilius, antequàm factum
ſit, cognoſcere poterimus; & ità ſtatim ab initio ſangui-
nem tutò mittere fas erit. Similiter in Phrenitide,qui mor
bus contrarius lethargiæ eſt, moliri oportet; ſiquidem
iſtis inquietudo continua eſt, alienatio, ac reliqua acciden
tia bilis dominium atteſtantia: quo in caſu, quamprimum
ſanguinem mitti Galenus laudat; in cæteris uerò tempori
bus minimè, ne maior fortè fieret inflammatio. Semper
tamen conſiderandæ ſunt infirmi uires, an miſsionem ſan-
guinis tolerare ualeant ſine diſcrimine, & reliquæ condi-
tiones toties à Galeno propoſitæ. Ad id uerò,quod à Gale
no de ſectione uenæ in ephemera febre dictum eſt, dico
quòd Galenus non docet ibi curare febrem ephemeram
per ſanguinis miſsionem, ſed admonet medentes, ut ſi for
tè fortuna acciderit, quòd in febre ephemera calor ulte-
rius protrahatur, ac præter ſpiritus, & uapores, ipſi etiam
humores in repleto corpore accendantur,tunc in tali caſu
uenæ ſectio, ſeu ſanguinis miſsio, non ad ephemeram cu-
randam febrem erit conueniens,ſed ad præcauendum pu-
tridam, ac humoralem futuram. Memores præterea ue-
lim medicos eſſe(ut millies fuit dictum) quòd in malignis,
& peſtilentialibus febribus ſemper ſanguinis per uenam ſe
D ctam

ctam misſio erit pernicioſa. Ratio uerò alia, præter adductas, eſt, quoniam in quacunque febre maligna omnes uirtutes imbecilles redduntur, præſertim uitalis. quare à putrido, & uenenoſo uapore ſpiritus & ſanguis in corde inficiuntur, & à proprio temperamento mutantur: unde cum in his malignis febribus prior ſit ſcopus uirtutem cuſtodire cum regimine cibariorum reficientium, & modeſte refrigerantium, & humectantium, hæc tamen non ſint priuata aliqua ſiccitate reſiſtente putredini uenenoſæ; neque uinum iſtis dare conuenit, tametſi uires plurimum, & citò reficiat: quoniam petit caput, & uaporem illum uenenoſum facilius ad cor aſcendere facit; ex qua euaporatione cum humoribus cordis permixta, mutatur ipſius temperamentum optimum in malum, ac ueneficum, unde neceſſariò mors ſequitur, & rari euadunt. Vires autem cordis præter dicta corroborare ſolent, ac illam malam, ueneficamq; qualitatem mutare, ſemina Citrij, Acor limonum, Iuiubarum decoctio, Terra lemnia cum conſeruis ex floribus boraginis, bugloſæ, & ſimilibus. Sed remedium ſaluberrimum erit cucurbitularum paruarum cum ſcarificatione appoſitio, ad deriuandam materiam ad ignobiliora membra, qualis eſt cutis. Rurſus rogo legentes, ne ægrè ferant hanc repetitionem, uidelicet cauendum eſſe omninò in curandis febribus peſtilentialibus à miſsione ſanguinis, quoniam plurimi, & ferè omnes ægrotantes quibus ſecta fuerit uena, mortui ſunt, plurimi uerò euaſerunt, quibus Cucurbitulæ cum ſcarificatione, & ſanguinis

eductio-

eductione ad uirtutis tolerantiam appositæ fuerunt. Sint igitur nouiter medentes cauti ac prudentes, ut omnia præ uidendo à mortis discrimine suos ægros liberare ualeant. Sed quoniam præter ea, quæ superius dicta sunt de absti- nẽtia à missione sanguinis per uenam sectã ex Hippocrate, Galeno, ac alijs illustribus antiquis, ut puta in pueris à deci mo tertio anno infra, & senibus ultimi senij, ac quoq; in mu lieribus prægnantibus, plurima alia scripta sunt, quæ à me dicis quibusdam obseruantur, & à quibusdam minimè; id- circò causas obseruantiæ, & non obseruantiæ, hic in calce ad languentium utilitatem, & Iuuenum medentium instru ctionem addere uolui. Porrò, & si illa ab Illustrissimis scri ptoribus antiquis litteris tradita sint, ut pote enumerando in quibus casibus à uenæ sectione cauendum sit, ne per eam sanguinis missionem maximum aliquod detrimentum consequatur; attamen recentiores successere, qui in suis scriptis, ac operibus non semper huiusmodi theoremata de uenæ sectione obseruarunt; siquidem pueris, senibus, ac mulieribus quoque prægnantibus secta uena sangui- nem mittere audent, ac etiam pharmaca, seu medicinas per os exhibent, quod bene, ac fæliciter tum Medicis, tùm infirmis succedit, seruatis tamen regulis obseruandis de uenæ sectione superius dictis, uidelicet quod uirtus sit fortis, morbus magnus, sanguinis redundantia, uel mali tia, ætas florens, tempus anni congruum, regio optima, ac reliqua istis annexa. Causæ uerò cur Veteres primi il- li Medici uenam aperiri uetant, sunt istæ, & in primis quo

niam Adoleſcentes ante tertium decimum annum, uel quartum decimum plurimum habent calorem innatum, à quo fit continua nutrimenti conſumptio: deindè eorum corpora mollia, ac tenella ſunt, quibus ſi alimentum, quod ſanguis eſt, ſubtrahatur, utique langueſcunt: tertiò cùm creſcant, egent plurimo alimento, quod ſit in tanta quantitate, ut poſsit, præter inſtaurationem conſumptæ humiditatis, membra etiam, & uniuerſum corpus augere. At in ſenili ætate præſertim ultima, prohibent ſanguinem uacuandum eſſe, tùm quia uirtutes omnes imbecilles ſunt, tùm etiam, quoniam calor ſenilis pauculus eſt, & extinctioni paratus; demum quia illius temperies ex decurſu ætatis frigida, ac ſicca facta eſt; ex quibus cauſis ſenes frequenti aſſumptione alimenti opus habent ut optimum ſanguinem, & ſpiritum generare ualeant. Quare patet, quam rationabiliter ſenibus prohibeatur ſectio uenæ. In Mulieribus uerò utero gerentibus timebant Antiqui, & Moderni quoque medici ſanguinis uacuationem & ad huc timent, ea potiſsimum de cauſa, quam Galenus quinta particula Aphoriſmorum aſsignabat, ne ſcilicet ſubtracto nutrimento, quod ſanguis eſt mulieris ad nutriendum fœtum attractus acceptabula, ſeu cotilidones, imbecilles & languidi facti ſint ex ſanguinis ſubtractione unde fœtus ex nutrimēti defectu, relaxatis ligamentis deſcēdat ſicq; abortus ſubſequatur. Eadem quoque eſt ratio de medicinis ſoluentibus per os aſſumptis, tàm in prægnantibus, quàm in ſenibus, ac etiam adoleſcentibus. & quam

quam

quàm, ut ſuperius dictum fuit, Antiqui Sapientes hanc ſanguinis uacuationem, ueluti uenenum, deteſtati ſint: Moderni tamen, confiſi in uirtutis robore, & uidentes ſanguinis abundantiam, uel malitiam, ac morbi magnitudinem, cæteris non conferentibus remediis, ſanguinem per uenæ ſectionem mittunt in ſubiectis iam enarratis, adoleſcentibus ſcilicet, ſenibus, & mulieribus prægnantibus. Ego etiam aliquandò in morbis magnis cum uirtutis fortitudine, & reliquis ſeruatis ſeruandis, uenam ſecari pueris, ſenibus, ac utero gerentibus, & ſanguinem euacuari iuſsi: uidiq; alios etiã doctiſsimos medicos ità operantes: inter quos, dùm eſſem puer, & frater meus nomine Dominicus ætatis annorum octo laboraret pleuritico morbo, Medicus ille prudens iuſsit uenam tundi, ac ſanguinem educi, ex qua ſalutem conſequutus eſt. Noſtris quoque temporibus Clariſsimus Medicus Victor Trincauella, anima cuius requieſcat in ſempiterna pace, dùm correptus febre fuiſſet anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, permiſit uenam ſibi ſecari, ac ſanguinem mitti, quod remedium fæliciter ferens, ſanitatem comparauit. Quare in his obſeruatis ſubiectis ſanguinem euacuamus. Experimenta uerò de euacuationibus per ſeceſſum in talibus factis ſunt ſine numero. At ſi Adoleſcentes, ſenes uel Grauidæ mulieres imbecilles fuerint, & excarnati, aut conſumpti à morbi longitudine, laboribus, inedia, uel alia de cauſa, nullo modo ſanguinis miſſio ex uſu erit, neque uentris ſolutio cum forti medicina; quòd ſi egerint euacuatione, ea utique fiat

cum

cum medicamine leui leniente ſine moleſtia. operæpre-
cium tamen erit in omnibus obſeruare, ut oculus ſemper
habeatur ad uirtutem cum optimo cibo,& potu; quoniam
prima & principalis indicatio præter morbum, à qua
curandi ſumitur licentia, eſt uirtus, non modo in iuueni-
bus,ſenibus, ac prægnantibus, uerùm etiam in cæteris qui-
buſcunque præter naturam diſpoſitionibus.

Poſteà uerò quàm in quibus febribus,ætatibus, & alijs præ-
ter naturam diſpoſitionibus, plurima de uenæ ſectione ad
languentium utilitatem, & Iuuenum medentium inſtru-
ctionem à me dicta ſunt: optimum fore putaui, ſi in hac
poſtrema ſermonis parte, de uenæ ſectione, & ſanguinis
euacuatione in morbo gallico aliquid dixero, an ſcilicet
conueniat, uel non conueniat, ſemper & in omni genere
morbi gallici uenam aperire, & ſanguinem educere. Hac
autem ratione id declarare libuit, quoniam morbus hic
frequentiſſimus, & popularis eſt, qui ſi non rectè curetur
homines ipſos plurimis & diuerſis præter naturam affecti-
bus diù moleſtare ſolet, ut ſunt dolores, tumores duri,ex
ulcerationes malæ, depilationes, & aliæ diſpoſitiones a
mala qualitate prouenientes, quæ ortum ducunt à mala
Iocinoris temperie, & in alijs etiam membris confirmata.
Tales autem diſpoſitiones diuerſæ ſunt, ſecundum diuerſi-
tatem humorum cum prima materia morbi gallici per-
mixta, ex qua difficilis curationis ſemper hic morbus fuit
præſertim in corporibus exanguibus, & extenuatis. Qui-
bus ſic annotatis, ſcire oportet, quod cùm in morbo gal-
lico

ico materia peccans (ut ità dixerim) à prædominio non
est sanguinea, sed alia à sanguine, ideò nullo modo in eua
cuando tales ex primaria causa, & intentione contraria
morbo, & causis euacuatio sanguinis per uenam sectam
conueniens est, sed potius aliorum humorum purgatio
cum medicamentis per os assumptis, quippè cum materia,
& si diuersa sit, permixta tamen est, & non est sanguis tan-
tum, uel sanguinis superabundantia, ut contingit in qui-
busdam iuuenibus eo abundantibus. quare non semper, &
in omni genere morbi gallici, pro euacuatione missio san
guinis conuenit, immò in debilibus subiectis, & in uetera-
tis morbis perniciosa est, quoniam euacuat humorem, qui
non est causa materialis morbi, sed potius est humor
adiuuans concoctioni frigidorum humorum; siquidem
missio sanguinis in istis calorē iocinoris, & aliorum mem-
brorum minuit, ita ut non possit posteà contra operarì
morbo, & suis causis, malam iecoris temperiem rectifican-
do, atque etiam materiam peccantem ad sensibilem, uel
insensibilem euacuationem præparare. Sunt quoque sæ-
pè hominum temperaturæ, anni tempora, regiones, &
aliæ plurimæ causæ, sanguinis euacuationi contradicen-
tes, & ideò in hac gallica lue præsupposita uictus ratione,
excrementa communia primò euacuanda erunt, deindè
materia antecedens. Verùm si in ægro superabundan-
tia mali sanguinis fuerit, tunc in tali casu uenam secare
opus erit, stante uirtutis robore, & alijs iam supra comme-
moratis; nàm diximus ætatem pueritiæ, atque senectutis,
& cor-

&corporis imbecillitatem, ſanguinis euacuationem non admittere; ſimiliter cruditates in uentriculo, & uniuerſo corpore, uenæ ſectionem prohibent. Attamen ſi cum materia propria & prima morbi, copia ſanguinis & malitia extiterit, cum uirtutis robore, & reliquis requiſitis, mittere ſanguinem per ſectam uenã optimum erit præſidium. Sed ſi alij prædominauerint humores calidiores, ut puta bilis, uel bilioſus humor, tunc uacuatio ſanguinis ſemper nocua erit; quoniam crudiores reddit frigidos humores, qui ſunt baſis iſtius morbi, & etiam nocumento eſt, quoniam bilis ex uacuatione ſanguinis per uenam ſectam effrenescit, ſubtracto ſcilicet freno ipſius, quod ſanguis eſt; & ſpiritus, qui cum ſanguine ſemper exiſtunt, unà cum ipſo euacuantur; ſicq; calor naturalis, qui eſt naturæ primum inſtrumentum contra quoſcunque morbos, languidus efficitur. Hucuſque autem de hac materia ſit ſatis ſufficienter dictum. Verùm, ut omnia, quæ in hac diſceptatione digna ſunt notatu, facilius memoriæ à legentibus commẽdentur, ex ſuperius ſcriptis, quædam neceſſariora, ac principaliora, & ſcitu digniora, tanquam leges, ac ſtatuta in ſectione uenæ, ac ſanguinis euacuatione in putridis febribus, nec non & alijs præter naturam diſpoſitionibus, hic in calce huius diſceptationis, in tabularum modum, ordine quodam ſcribere cogitaui, ex quibus non uulgarem utilitatem medentes, & ægri conſequi ualeant.

CANONES OBSERVANDI EX *ſuperius dictis, in ſanguinis miſsione per ſectam uenam.*

1	Si Virtus fortis fuerit, & morbus præſens uel futurus magnus, & ætas iuuentutis florida, non puerilis, neque ultimi ſenij.	Secare uenam, & ſanguinem mittere ex uſu erit, dũmodo ſanguinis eductionẽ ſine noxa æger tolerare poſſit, & nihil prohibeat, ſicuti eſt crudorum humorum copia, tempus anni, aut regio nimis calida, uel nimis frigida.
2	Si cui ſecanda uena ſit, & ſanguinem mittere oporteat, & corpus gracile fuerit,	Nullo modo uenam ſecare, & ſanguinem mittere conuenit.
3	Si quis uentriculum repletum plurimis humoribus frigidis, & cruditatibus habuerit.	Venam tundere nulla ratione licet, etenim miſſio ſanguinis plurimum illi erit nocumenti.
4	Pueris, & Senibus ultimi Senij.	Venæ ſectio ſemper nocua, & mala erit.
5	Si in uniuerſum corpus humores crudi abundauerint.	Sanguinem educere, per uenam ſectam erit uenenoſum.

6 Si Tempus anni calidiſſimum, uel frigidiſſimum fuerit, ut eſt uidere in diebus canicularibus, & in extrema hyemis frigiditate.

Periculoſa, & non ſine mortis diſcrimine, eſt uacuatio ſanguinis per ſectam uenam.

7 Si Corpus bilioſum, & morbus quoque materialis bilioſus fuerit, ut eſt Eriſipelas, & alij à bile orti morbi.

Non licet uenam ſecare, & ſanguinem mittere, quoniam ex ſanguinis eductione efferueſcit ipſa bilis.

8 Si Morbus fuerit nimis calidus & ſiccus, uel extremè frigidus,

Sectio uenæ, & ſanguinis euacuatio ſemper mala, & cum diſcrimine erit.

9 Si Febris fuerit ſynoca cum putredine, uel ſine putredine, & ſanguinis abundantia.

Saluberrima erit ſectio uenæ, & ſanguinis miſſio, dummodò uires, ætas, & alia conſentiant.

10 Si Febris fuerit ex putredine aliorum trium humorum à natura ſanguinis diuerſorum, & ſanguinis unà cum ipſis putridi.

Optima erit ſanguinis euacuatio per apertionem uenæ, ſi uires, ætas, tempus anni, regio, & reliqua admiſerint.

11 Si Febris ex inflammatione, uel uſtione bilis orta fuerit; quam uſtiuam medici uocant.

Secare uenam plurimum nocet, quoniam ex ſanguinis euacuatione, qui eſt bilis frenum, utique bilis effreneſcit,

nescit, itá ut febris ualidior efficiatur, non sine uitæ discrimine.

12 Cùm sanguis bonus semper naturæ sit utilis, atque cùm eo semper sint spiritus commixti.

Venæ sectio, & sanguinis euacuatio nō nisi in magnis morbis, fieri cōueniens erit & ideò non sine optimo consilio uenam aperire licet.

13 Si sanguis inutilis cum optimo sanguine permixtus fuerit,

Sanguinem malum totum si sine uirium discrimine fieri poterit, euacuare oportet aperta scilicet uena.

14 Si Humores in Venis æqualiter indigeant euacuatione ita ut tam sua qualitate, quàm quantitate noceant.

Venæ sectio conuenientissimum auxilium erit, & sic locus Auicennæ allegatus cap. de Phlebotomia, Galeni sexta part. Aphorismorū Aph. 22. dicentium missionem sanguinis esse euacuationem uniuersalem humorum intelligendus est.

15 An in quacunque febre uenam secare à principio, & sanguinem mittere conueniat.

Qui sanguinem mittere in quacunque febre putrida audent, à principio non mediocri noxa ægrotantes afficiūt; quare (ut Plato dicebat) minus errare creditur qui non

aggrediuntur quæ ignorāt, quàm qui tractant ea, quæ nunquam didicerunt.

16 An in omni plethoria, ſectio uenæ, & ſanguinis euacuatio conueniat.

Primum diſtinguendum erit de natura plenitudinis, atque ægri habitudine, & ætate, de anni tempore, regione, atque aeris conſtitutionibus: conſulenda etiam ſunt quæcūq; ante ceſſerint, & quæcunque ſymptomata ægrum infeſtent.

17 Antè uenæ ſectionem, & miſſionem ſanguinis, quinq; inueſtiganda ſunto.

Primum erit, qualis corporis affectio ſang. euacuatione egeat. ſecundum quæ illa ſit, quæ ſang. miſſione egeat. tertium qui innoxie hāc ferre poſſunt. quartum quonam potiſſimum tempore ipſa ſit molienda. quintum quā ex uenis ſecare ſit opus, cum nimirum nō parum interſit, hanc, uel illam ſeces.

18 Si grauans fuerit plenitudo, uel tenſio, & ætas non fuerit puerilis, uel ultimi ſenij, has obſeruare

Plenitudinis, tùm quātitatem, tùm qualitatem, atque uirium robur, & earundem imbecillitatem naturalem,

& quo-

regulas oportet, quando uenam ſecare cogimur.

19 Si uis cognoſcere utriuſque plenitudinis quantitatẽ, illam cognoſcere licet ex ſuorum ſignorum definitione; & ſunt hæc.

& quoque totius corporis habitum, tempus anni, & regionem, antè actam uitam, cibi & potus copiam præſertim affatim nutrientium, & quales motus exercuerit.

Quantum ſibi homo grauior uidetur, tantum & plenitudinis quãtitas quoad uires eſſe conſtat. ad eundem modũ quãtum fuerit auctus tẽſionis ſenſus, tantum & altera plenitudo, quæ ſecũdũ uaſa uocatur, aucta erit. In talibus ſignis plenitudinis exiſtentibus facultatibus ualentibus, optimum erit uenam aperire, præſertim ſi tẽſiua fuerit affectio nihil diſtinguens, magisq́ etiam in phlegmonide. Si uerò plenitudo grauans fuerit quæ infeſtet, ſanguinis euacuatio ex uſu non erit, nam fieri poteſt ut crudus per corpus ipſum collectus ſit humor, à quo talis affectus gignatur,

quem ſuccum per ſectam uenam uacuare minimè expedit.

20 Si laſſitudo fuerit grauans, cum humorum crudorum per uniuerſum corpus collectorum multitudine.

Fricationibus, unctionibusq́ꝫ, & potionibus, ac quoque euacuationibus reliquorum humorum, eam amouere ſtudendum erit.

21 Si ſecare uenam opus fuerit, & ſanguinem mittere oporteat, iſta omnia prænoſcere operæpretium erit:

Calorem totius corporis degenerans ab eo qui ſanguinis copiam oſtendere ſolet, deinde ipſorum pulſus inæquales in uehementia, paruitate, & magnitudine, neq; pueris ſanguinem mittere licet.

22 In febribus peſtilentialibus, ac mali moris, cum mala putredine ultima & uenenoſa, in quibus appareant maculæ, uel papulæ, ſiue exanthemata uocata, per uniuerſum corpus, & aliquandò in aliqua eius parte, ad ſimilitudinem morſuum culicum, quandoque uerò

Primò ut uena minimè poſt papularum apparitionem ſecetur, neque poſt tertiam diem à morbi principio, neque uentriculi faſtidio laborantibus conuenit. Nota quòd febris peſtilentialis, exterius quieta eſt, interius uerò conturbans, undè ſæpiſſime qui non ſunt medici nõ cognoſcunt morbi prin-

magnæ, latæq́; diuerſorum colorum. hæc igitur obſeruare oportet.

bi principium uniuerſale, ita ut ſi aperiatur uena poſt tertiam diem, procul dubiò æger moriturus erit, ob cauſas alias aſſignatas, ex uirtutis imbecillitate: At, ſi ſanguinis euacuatione aliqua de cauſa eguerint, apponendæ erũt cucurbitulæ cũ ſcarificatione, dorſo, natibus, & reliquis corporis partibus infectis, extracta ea ſanguinis copia, quam uirtus tolerare poterit; maior autem quantitas extrahetur ubi numeroſiores maculæ extiterint, naturam ſic rectè operantem imitando, teſte Hippocrate prima Aphor. par. Apho. 22. dicente: Vndecunque natura uergit per conuenientem regionem, eo ducere oportet: cutis uerò exterior ex Galeni ſententia libro de morbis & ſymptomatibus eſt ſanguinis mali, & multorum aliorum excremento-

mentorum in uenis, ac alijs
partibus interioribus existē
tium receptaculum conue
niens.

23 Si Febris acuta fuerit;

A missione sanguinis per u
nam sectam cauendum est
si uirtus ægri inualida fue
rit, & humores plurimùm
sanguine distent.

24 In omni sanguinis mis-
sione, hæc adamussim
seruanda sunt.

Primum est quantitas san
guinis, & si pulsus fuerit bo
nus: deinde si alius humo
malus plurimus fuerit, à sa
guinis euacuatione per sect
uenam abstinendum erit
quod in febribus pestilētia
bus mali moris (uti diximu
seruandum semper erit.

25 Secare uenam & san-
guinem mittere sine ur-
gente necessitate timoro
sum ea ratione erit.

Quoniam sanguinis sed
spiritus est, & quoque hu
mores alij, siquidem nequ
spiritus sine sanguine nequ
sanguis sine spiritibus unqu
inuenitur. quare non omn
sanguis, sed solus malu
eget euacuatione, cæter
consentientibus.

Perni-

26 Si Febres malignæ pestilentiales, & mali moris fuerint, in quibus anginæ, & pleuresis cum ipsis oriantur, uel in processu accidere solent;

Perniciosa semper est missio sanguinis. Saluberrimũ tamen est cucurbitularum appositio cum scarificatione, & sanguinis euacuatione, puta in angina, iuxta spatulas, dorsum, & nates; & in pleuritide lumbis, natibus, inter coxas, & sub poplite, ac per eas incisas sanguis educendus ad uirtutis tolerantiam per earum reapplicationem.

27 Si Sanguis biliosus in febribus, & alijs morbis abundauerit.

Aperire uenam & sanguinẽ mittere timorosum est. nam cum sanguis sit frenum bilis, atque eius inflammationẽ sua humiditate obtundat, uel si sanguis mittatur, tũc bilis calidior & acrior efficitur, & (ut aiunt) effrenescit, indeq; maior febris, & symptomata sequentur.

28 Si Febre correptus, antequàm ab ipsa uexaretur, usus fuerit nimia & immoderata uenere.

Non sine uitæ discrimine secare uenam, & sanguinem mittere erit, nam in talibus uirtus imbecillis plurimum

F est,

est, quare misſio ſanguinis eam imbecilliorem reddet, ſicq́ pereunt.

29 An miſſio ſanguinis per uenam ſectam putredinem & obſtructiones tollere poſſit.

Nec putredinem, nec obſtructiones tollere poteſt, uel ſanare, immò per miſſum ſanguinem calore corporis refrigerato, maior ſequetur obſtructio, & per conſequens maior putredo.

30 Si obſtructiones & putredinem amouere quis uoluerit,

Hoc fiet per minorationē materiæ cū medicina per os ſumpta leniente, atque cum leuibus fricationibus & cum paruis cucurbitulis ſcarificatis, unctionibus, & alijs auxilijs, pro modo & ratione obſtructionis factæ.

31 Etiam ſi morbus magnus fuerit, ſecare uenam, & ſanguinem mittere non ſemper expedit, quoniam aliquando magnificè nocet.

Nam ſunt quidam morbi magni, in quibus miſſio ſanguinis lethalis eſt, præſertim ſi à cruditatibus per uniuerſum corpus cauſati fuerint, inter quos eſt epilepſia, apoplexia, lethargus, aqua intercutem, & ſimiles affectus, in quibus miſſio ſanguinis

32 Miſſio Sanguinis non ab omnibus corporis partibus æqualiter purgat.

33 Cauſæ, cur in malignis & peſtilentialibus febribus cum maculis iuxta membra exteriora, omnes ferè ex miſſione ſanguinis, poſt tertiã diem, per uenæ apertionem moriuntur.

guinis per ſectam uenã nullo modo ex uſu eſſe poteſt.

Sed à uicinioribus uenis, & partibus, quæ cum ipſis primò conſentiunt.

Sunt plurimæ, prima quarũ eſt, cum enim dies quarta ſit critica, debilis tamen ex ſententia Galeni in libro de criſibus, in qua die natura aliquo modo inſurgit ad expellendum materiã putridam, malam, uenenoſam, & malignam, à uenis, ad extra uenas; igitur ſi quis in hoc tempore uoluerit ſanguinẽ aperta uena educere, faciet iterum materiam uenenoſam reuerti ad intra uenas, quod opus eſt contrarium ipſi naturæ. Eſt etiam præter dictam, alia cauſa, & eſt euacuatio ſpirituũ, qui ſunt cũ ſanguine permixti; unde ſequetur omnium uirtutum maior lapſus. Alia ratio prohibens ſanguinis uacuationem,

nem quoniam in talibus febribus est maxima & ultima humorum putredo in uenis cordi propinquis, ut puta in corpore & caua Iocinoris uena, adeò quòd si medicus temerarius fuerit in missione sanguinis uenam secando, post tertiam diem ex ad mixtione mali humoris putridi cũ sanguine bono cordis & uenarum propinquarum, & uirium infirmitate existente, ad interitũ ægrũ deducet.

RESPONSIONES AD GALENI AVCTORITATES.

4 Dico Galeni auctoritatem, XI. Meth. dicentis ſaluberrimū eſſe in omnibus febribus, non ſolùm continuìs, uerum etiam in omnibus illis, quas putridus humor concitat, ueram undequaque eſſe, ſi cum ſuis auctoritatibus & rationibus ex quã plurimis locis excerptis, eam exponere atque intelligere uoluerimus. erit igitur ipſius authoritas hunc in modum interpretanda.

Veram eſſe dicimus Galeni auctoritatem, & ualere ſemper quãdo humores putreſcētes nō ſunt ſinceri uel puri, ſed permixti cū alijs, uincente tamen in permixtione ſanguine ipſo, ſiquidem in tertiana exquiſita uel quotidiana, aut quartana, nullo modo ex ſuperius toties adductis Galeni rationibus, ſanguinis euacuatio per uenæ ſectionem, ex uſu eſſe poterit.

5 Dico etiam Galeni auctoritatem XIII. Met. ueram eſſe quæ iubet in lethargo, phrenitide, & ephemera febre, ſtatim à principio uenam eſſe aperiendam, ſed à quàmplurimis perperā intellectā.

Quoniam non fuit Galeni intentio in XIII. Meth. curare lethargum, phrenitidem, uel ephemeram febrem per ſanguinis uacuationē ſecta ſcilicet uena, ſed præcauere in principio, ne morbus augeatur cum diuerſione,

uel

uel deriuatione per ſangui-
nis euacuationem, quo in lo
co potius Eraſiſtratum re-
prehendit, qui ante euacua-
tionem aliquā corporis uel
per uenam ſectam, uel per
aſſumptum pharmacum, lo-
cis affectis particularia ad-
mouebat remedia, quod ra
tioni ualde erat cōtrarium:
quoniā quamprimùm tàm
in uno quàm in alio affectu
uena erat aperienda, tametſi
contrarij ſint, deinde locali-
bus agere.

36 In Febribus omnibus, quibus anxietates ſtomaticæ affligunt plurimùm ægrotantes, aperire uenam & ſanguinem mittere, ſemper erit ualde timoroſum.

Nam Venæ ſectio, & ſan-
guinis miſſio humorem ma
gis in motu ponūt, & exagi
tāt, qui ſæpisſimè in tali mo
tione ad membra præcipua
repunt; & cùm uirtus in ta-
li pasſione plurimùm reſol-
uatur, ac diu reſiſtere non
ualeat, ſuperatur & ſuccum
bit cum maximo ægri diſcri
mine. Eſt quoque alia ra-
tio clarisſima, non cum in
iſtis

istis febribus putridis ut plurimum medici uenam, quã basilarem uacant, quæ in curuatura domestici brachij dexteri manifestè apparet, & procedit ab auricula dextera cordis ad Iecur, uel à iocinore ad dexteram cordis auriculam, à qua uena ramus quidam descendit, ad dictam brachij domesticã partem; quare si quis hanc secare uenam & sanguinem mittere iusserit, primùm sciat, non à iocinore, sed à cordis dextera auricula sanguinem, siue alium humorem cũ illo sanguine mixtũ, euacuari, qui plurimos spiritus permixtos habet, undè sic inanito dextero cordis uentriculo, sequitur uitalis roboris maxima dissolutio, & posteà cum Iecur sanguinem, siue alium humorem in ipso, & ei propinquis uenis putridum putredine ma-

la, cordi subministret, humores denique reliquos & spiritus in ipso corde contẽtos, inficit mala illa putrida qualitate, atque eius temperaturam corrumpit, sicq; cũ uita minimè stare possit, præsente ea discrasia, commoriuntur.

37 An in adolescentibus, ante decimum tertium annum sanguinem mittere, per uenæ sectionem sine discrimine, Medici possint.

Si morbus est magnus, in quo sanguis abundauerit, uel eius malitia nocuus fuerit, & fortis uirtus extiterit, cum optimo corporis habitu, non carne priuato, nec tabido, sanguinem per uenæ sectionem mittere, Medici scriptores & praxim exercentes, securè ausi sunt, & audent.

38 An præterea, in Senibus liceat per uenam sectam sanguinem, sine uitæ discrimine, euacuare.

In magnis morbis senum, si uirtus fortis fuerit & corpus robustum, ex omni parte habuerint, existente sanguinis abundantia uel malitia, secure, & sine discrimine, sanguinem per uenæ aper-

apertionem medicus euacuare poteſt.

59 Numquid in Mulieribus utero gerentibus, ſanguinem mittere, per uenæ ſectionem conueniat.

Si Mulier prægnans fuerit robuſta, non macilenta, & morbus magnus extiterit, cum ſanguinis quantitate, uel mala qualitate, ita ut ex copia uel malitia ſanguinis immineat periculum caſus matris & embrionis in utero, tunc ſanguinem mittere conuenit, etiam ante quartum menſem, & poſt ſeptimum. Item ſi timor fuerit de abortu ratione multitudinis & malitiei ipſius ſanguinis, euacuare ſanguinem à ſuperioribus uenis, ut fiat diuerſio, optimum erit auxilium.

60 An Semper in cura morbi gallici noui, uel antiqui, miſſio ſanguinis per uenæ ſectionem conueniens ſit.

Non ſemper, neq; in omni genere morbi gallici ſanguinis euacuatio eſt optimum auxilium, præſertim ſi morbus antiquus fuerit, cum corporis excarnatione & tumoribus duris, atque cum

doloribus membrorum pẽdentibus à flatuosis euaporationibus. Verùm sanguinis missio præstantissimũ est remedium in morbo nouo, & iuuenili ætate, si patiens plurimo uel malo abundauerit sanguine cum materia morbi permixto, & uirtus fortis fuerit, & anni tempus consentiat, ac reliqua millies repetita.

Hactenus de Venæ sectione, & sanguinis euacuatione in processu disceptationis nostræ, & quid cum antiquis sentiam fusè dixisse, & compendiosè in tabulis notasse ad legentium, & ægrotantium utilitatem, cogito: quæ tibi impresentiarum satis esse uolui, ut pote à Nicolao Massa tui amantissimo, in ultimo senio constituto, amoris ac obseruantiæ erga te meæ in rebus proprijs, de quibus ad libitum disponere possum, perpetuum pignus: & licet multas alias authoritates, ac rationes, suis comprobatas experimentis, tàm Galeni quàm aliorum Illustrium Medicorum ad euidentiorem dictorum declarationem scribere potuissem: adductas tamen tibi Magnifico ac Eruditissimo Viro, omni genere scientiarum ornato, satis esse putaui. Quos quidem

labo-

abores, ut hilari fronte, & animo ſuſcipias oro, & obſe-
ro. Ille uerò ineffabilis rerum omnium Creator dicta
x facta tua cuncta fœcundare dignetur. Vale, ex Noſtris
Aedibus M D LXVIII. Pridie Nonas Iulij.

FINIS.